

*Salmo 138.17* OFERTORIO

MIHI autem nimis honorati sunt amici tui, Deus: nimis confortatus est principatus eorum.

Veo, ¡oh Dios!, que honras sobremanera a tus amigos, y que su poderío se acrecienta grandemente.

SECRETA

APOSTOLI tui Pauli precibus, Domine, plebis tuæ dona sanctifica: ut, quæ tibi tuo grata sunt instituto, gratiora fiant patrocinio supplicantis. Per Dominum.

Santifica, Señor, los dones de tu pueblo por las oraciones del apóstol Pablo, para que el sacrificio, que te es grato por ser institución tuya, lo sea aún más por el patrocinio del suplicante.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO

ECCLESIE tuæ, quæsumus Domine, preces et hostias beati Petri Apostoli commendet oratio: ut, quo pro illius gloria celebramus, nobis prosit ad veniam. Per Dominum.

Te rogamos, Señor, que la intercesión del apóstol san Pedro recomiende las plegarias y las ofrendas de tu Iglesia, para que el sacrificio celebrado en su honor nos obtenga la remisión de los pecados. Por nuestro Señor.

PREFACIO DE LOS APOSTLES

*Mateo 19.28,29*

COMUNIÓN

AMEN dico vobis: quod vos, qui reliquistis omnia, et secuti estis me, centuplum accipietis, et vitam æternam possidebitis.

En verdad os digo, que vosotros, que lo habéis dejado todo y me habéis seguido, recibiréis el ciento por uno, y poseeréis la vida eterna.

POSCOMUNIÓN

SANCTIFICATI, Domine, salutari mysterio: quæsumus; ut nobis ejus non desit oratio, cujus nos donasti patrocinio gubernari. Per Dominum.

Who who are sanctified by this saving Mystery, beseech Thee, O Lord: that he under whose patronage Thou dost vouchsafe to place us, may not fail to pray for us. Through our Lord.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO

LÆTIFICET nos, Domine, munus oblatum: ut, sicut in Apostolo tuo Petro te mirabilem prædicamus; sic per illum tuæ sumamus indulgentiæ largitatem. Per Dominum.

Alégrenos, Señor, el sacrificio ofrecido, para que, así como te proclamamos admirable en tu apóstol Pedro, así por él alcancemos la abundancia de tu indulgencia. Por nuestro Señor Jesucristo.

## PROPRIO DE LA MISA CONVERSIÓN DE SAN PABLO

*Apóstol*

*25 de Enero - Fiesta clase 3.ª - Blanco*

*2 Timoteo 1.12; Salmo 138.1-2*

INTROITO

SCIO cui credidi et certus sum, quia potens est depositum meum servare in illum diem, justus iudex. Ps. Domine, probasti me, et cognovisti me: tu cognovisti sessionem meam, et resurrectionem meam. V. Gloria Patri.

Sé en quién he puesto mi confianza, y cierto estoy de que puede guardar mi depósito hasta el día en que, justo Juez, aparecerá. Salmo. Señor, tú me has probado y me conoces; tú lo sabes todo respecto de mi, la hora de mi muerte y la de mi resurrección. V. Gloria al Padre.

COLECTA

DEUS, qui universum mundum beati Pauli Apostoli prædicatione docuisti: da nobis, quæsumus; ut, qui ejus hodie Conversionem colimus, per ejus ad te exempla gradiamur. Per Dominum.

¡Oh Dios!, que has instruido a todo el mundo con la predicación del apóstol san Pablo, te pedimos nos concedas, que cuantos celebramos hoy su conversión, lleguemos a ti por sus ejemplos.

CONMEMORACIÓN SAN PEDRO

DEUS, qui beato Petro Apostolo tuo, collatis clavibus regni cœlestis, ligandi atque solvendi pontificium tradidisti: concede; ut intercessionis ejus auxilio, a peccatorum nostrorum nexibus liberemur: Qui vivis et regnas.

¡Oh Dios!, que, al entregar las llaves del reino celestial a tu santo apóstol Pedro, le concediste potestad de atar y de absolver, haz que con el auxilio de su intercesión nos libremos de los lazos de nuestros pecados: Tú que vives y reinas.

*Hechos 9.1-22*

EPÍSTOLA

IN diebus illis: Saulus autem adhuc spirans minarum et cœdis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, et petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas: ut si quos invenisset hujus viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Jerusalem. Et cum iter faceret, contigit ut appropinquaret Damasco: et subito circumfulsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram audivit vocem dicentem sibi: Saule, Saule, quid me

En aquellos días: Saulo, que todavía respiraba amenazas y matanzas contra los discipulos del Señor, presentóse al principe de los sacerdotes y pidióle cartas para las sinagogas de Damasco, para traer presos a Jerusalén a cuantos hombres y mujeres hallase empeñados en esta senda. Caminando, pues, se acercaba a Damasco, cuando de repente lo envolvió el resplandor de una luz venida del cielo. Cayó en tierra y oyó una voz que le decia : Saulo, Saulo,

persequeris? Qui dixit: Quis es, Domine? Et ille: Ego sum Jesus, quem tu persequeris: durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremens ac stupens, dixit: Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eum: Surge, et ingredere civitatem, et ibi dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, et non manducavit, neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: et dixit ad illum in visu Dominus: Anania. At ille ait: Ecce ego, Domine. Et Dominus ad eum: Surge, et vade in vicum, qui vocatur Rectus: et quære in domo Judæ Saulum nomine Tarsensem: ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem, et imponentem sibi manus, ut visum recipiat.) Respondit autem Ananias: Domine, audivi a multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Jerusalem: et hic habet potestatem a principibus sacerdotum alligandi omnes qui invocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus: Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israël. Ego enim ostendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abiit Ananias, et introivit in domum: et imponens ei manus, dixit: Saule frater, Dominus misit me Jesus, qui apparuit tibi in via, qua veniebas, ut videas, et implearis Spiritu Sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis ejus tamquam squamæ, et visum recepit: et surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damasci per dies aliquot. Et continuo in synagogis prædicabat Jesum, quoniam hic est Filius Dei. Stupebant autem omnes

¿por qué me persigues? Y él respondió: ¿Quién eres tú, Señor? Yo soy Jesús, a quien persigues. Duro es para ti cocear contra el aguijón. Él entonces, temblando de pavor, dijo: Señor, ¿qué quieres que haga? Y le dijo el Señor: Levántate, vete a la ciudad, y se te dirá lo que has de hacer. Los que venían acompañándole se habían detenido asombrados, oyendo la voz, pero sin ver a nadie. Levantóse Saulo del suelo, y, aunque tenía abiertos los ojos, nada veía. Tomándole de la mano, le introdujeron en Damasco; allí estuvo tres días ciego, y sin comer ni beber. Había en Damasco un discípulo llamado Ananías. Dijole el Señor en una visión: Ananías! Y él respondió: Heme aquí, Señor. Levantate, le dijo el Señor, y ve a la calle llamada Recta, y busca en casa de Judas a un hombre de Tarso llamado Saulo, que ahora esta en oración. (Y vio Saulo un hombre llamado Ananías, que entraba y le imponía las manos para hacerle recobrar la vista). Respondió Ananías: Señor, he oído decir a muchos que este hombre ha hecho grandes daños a tus santos en Jerusalén. Y aun aquí está con poderes de los principes de los sacerdotes para prender a todos los que invocan tu nombre. Pero el Señor le dijo: Anda, este hombre es el instrumento que he elegido para llevar mi nombre a todas las gentes, los reyes, y los hijos de Israel. Y yo le haré ver cuánto habrá de padecer por mi nombre. Marché pues, Ananías, entré en la casa, e, imponiéndole las manos, le dijo: Saulo, hermano, el Señor Jesús, que se te apareció en el camino que traías, me ha enviado para que recobres la vista y seas lleno del Espíritu Santo. Al momento cayeron de sus ojos unas como escamas y recobró la vista; y, levantándose, fue bautizado. Y después que hubo comido rehizo sus fuerzas. Estuvo algunos días con los discípulos que vivían en Damasco. Y en seguida empezó a proclamar en las sinagogas que Jesús, es el Hijo de Dios. Todos los que le oían estaban pasmados, y

qui audiebant, et dicebant: Nonne hic est, qui expugnabat in Jerusalem eos qui invocabant nomen istud: et huc ad hoc venit, ut vincitos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis convalescebat, et confundebat Judæos, qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus.

*Galatas 2.8,9; 1 Corintios 15.10*

QUI operatus est Petro in apostolatum, operatus est et mihi inter gentes: et cognoverunt gratiam Dei, quæ data est mihi. Gratia Dei in me vacua non fuit: sed gratia ejus semper in me manet.

ALLELUIA, alleluia. *Ÿ*. Magnus sanctus Paulus, vas electionis, vere digne est glorificandus, qui et meruit thronum duodecimum possidere.

*Después de la Septuagésima, en vez del aleluya, el tracto:*

TU es vas electionis, sancte Paule Apostole: vere digne es glorificandus. *Ÿ*. Prædicator veritatis, et doctor gentium in fide et veritate. *Ÿ*. Per te omnes gentes cognoverunt gratiam Dei. Intercede pro nobis ad Deum, qui te elegit.

*Mateo 19.27-29*

IN illo tempore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen dico vobis, quod vos, qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suæ, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes duodecim tribus Israël. Et omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam æternam possidebit.

decían: ¿Pues no es éste el mismo que perseguía en Jerusalén a los que invocan este nombre, y que vino acá de propósito para llevarlos presos a los principes de los sacerdotes? Saulo, empero, se fortalecía más y más, y confundía a los judíos que habitaban en Damasco, demostrándoles que Jesús es el Cristo.

GRADUAL

Aquel, que ha hecho de Pedro el apóstol de la circuncisión, ha hecho también de mí el apóstol de los gentiles y han reconocido la gracia particular de Dios que se me ha dado. *Ÿ*. La gracia de Dios no ha sido en mí estéril, y sigue siempre conmigo.

ALLELUYA

Aleluya, aleluya. *Ÿ*. El gran san Pablo, instrumento de elección, verdaderamente es digno de gloria, pues mereció poseer el trono duodécimo. Aleluya.

TRACTO

Tú eres instrumento de elección, oh apóstol san Pablo!, en verdad, digno de gloria. *Ÿ*. Predicador de la verdad y doctor de los gentiles en la verdadera fe. *Ÿ*. Por ti todos los pueblos conocieron la gracia de Dios. Intercede por nosotros ante Dios, que te eligió.

EVANGELIO

En aquel tiempo: Dijo Pedro a Jesús: Ya ves que nosotros lo hemos dejado todo, y te hemos seguido. ¿Qué habrá, pues, para nosotros? Y Jesús les respondió: En verdad os digo, que vosotros que me habéis seguido, en el día de la Regeneración cuando el Hijo del hombre se sienta en su trono de gloria, también os sentaréis vosotros sobre doce tronos para juzgar a las doce tribus de Israel. Y cualquiera que haya dejado casa, hermanos, hermanas, padre, madre, esposa, hijos o tierras en mi nombre recibirá el ciento por uno y poseerá la vida eterna.